



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guida per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

135. R 31

R. P. MARCELLI MASTRILLI
E SOCIETATE IESV
ET XXXII. SOCIORVM, AC XVI. ALIORVM
RELIGIOSORVM.

ITER IN INDIAM
S. P. FRANCISCI XAVERII
P A T R O C I N I O
FELICITER PERACTVM:

*Ab eodem Marcello descriptũ, atque ad Catholicam
Hispaniarum Reginam transmissum.*



ANTVERPIÆ,
Typis IOANNIS MEVRSI.
M. DC. XXXVII.

Superiorum Permissu.



bathe for en. F. p. m. l. g. n. c.

Effigies quæ S. FRANCISCVS XAVIERIVS Indiarum Apostolus
apparuit Nipponi anno 1549. quidam Pater à Societate Jesu
animam agentis ex lethali vulnere, cum reperisset sanitati
restituit. et amissæ vocis Indiam petendi ad salutem Gentium.



BENEVOLO LECTORI.

PATER *Marcellus Mastrillus* è *Societate IESV Sacerdos*, cum ex alto ei in caput ferreus malleus decidisset, ac lethale infixisset vulnus, idq; accedente feбри ad extrema illum brevis perduxisset, III. Ianuarij MDCXXXIV. quo moriturus credebatur, miraculose sanatus subito est à S. P. FRANCISCO XAVERTO, visibiliter apparen- te, hortanteq; ut se ad missionem Iaponi- cam Deo devoveret, ac formulam praeun- te. Annuere deinde votis eius Superiores. Ergo profectus in Hispaniam, magnâ bene- volentiâ & honore à Rege, Reginâ ac Ma- gnatibus exceptus, rebantur quippe, quem sanctus ille Indiarum Apostolus tanto fa- uore dignatus esset, ei fauorem deesse non debere mortalium. Tandem VII. Aprilis MDCXXXV. è Lusitaniâ cum aliis XXXII. è Societate & XVI. aliorum Ordinum Re- ligiosis in Indiam soluit, appulitq; Goam VIII. Decembr. eiusdem anni, cum toto itinere, periculoso ac difficili, Dei gloriam, A 2 sanctiq;

sanctiq; sui Patroni honorem mirificè am-
 plificasset. Hoc ipse iter deinde descripsit,
 atque ad Catholicam Hispaniarum Regi-
 nam misit, cuius & erga eundem sanctum
 Apostolum pietatem, & erga se humanita-
 tem erat expertus. Eius narrationis exem-
 plar Latine redditum naçti, gratiam initu-
 ros à plerisque piis hominibus credidimus,
 se publici iuris faceremus. Vnum Te mo-
 nendum, Lector benevole, duximus: qui sa-
 pè hic Triarchus appellatur ab Interprete
 (nam exemplar Hispanicum videre non
 licuit) opinari nos, Classis Praefectum esse,
 quem Admirantium vocant: neque enim
 triremes per immensa illa Oceani spatia &
 pericula, mittuntur in Indias. Vale Lector,
 & Deum in Sanctis suis lauda, atque in
 Domini vineâ laborantibus bene precare.

ITER

I T E R

P. MARCELLI MASTRILLI
ET XXXII. SOCIORVM
ALIORVMQVE RELIGIOSORVM,
IN INDIAM.



V D V M autē venabar oppor-
tunitatem, orbi manifestandi
eam animi affectionem, quā
minima hæc Societas IESV

TVAE MAIESTATI & toti
Regiæ Domui propter innumera beneficia se
obstrictam sentit; & ego principe loco, quem
annus superior in regno Castellæ gratiosè co-

ronavit. Pars gratiarum est recognoscere be-
neficium, & eiusdem præconem agere: huc
mea nunc studia intendunt. Referam itaque

*Cur Regi-
na hac
scribatur.*

MAIESTATI TVAE ites Parrum trium &
triginta è Societate IESV, quos ex Europæ
gremio India suscepit. Officium leue, at, ut ar-
bitror, non ingratum: ob oculos enim ponet
totiusmodum quoddam miraculum D. FRAN-
CISCI XAVERII, magni Orientis Apo-
stoli, quem MAIESTAS TVA inter Tute-
lates numerat.

Ba se in hac navigatione pericula ingerunt,
his in oribus aguntur yndæ, aguntque veni

*Naviga-
tionis hu-
ius, tam
periculosa,
patronus
S. Xaue-
rius.*

multiplices & oppositi, nauarchi & naucleri tam hebetes, piratae tam efferati, vt necesse sit, eos, qui in desideratum portum inuehi cupiunt, alicuius Diui Tutelaris patrocínio subuehi, gubernari, illustrari, protegi. Et verò in praecipuis numeramus felicitatem nostram, quibus tantus obtigit Patronus. Tot enim ab hoste tarræo impedimentis obsessum iter reperimus, vt necesse fuerit, tali subsidio destitutos interire, & sub vndis vnam quætere. Salutem omnē à D. XAVERIO tutelari nostro nobis prouenisse ominabitur, qui dies nostri in nauem ingressus Olyssipone, & egressus Goæ, hoc est VII. Aprilis & VIII. Decembris, considerauerit. Nam & ipse Diuus olim VII. Aprilis in Orientem soluit: octaua verò Decembris proxima est Octauæ eiusdem.

*Iter Patrum,
sub motis
veneris,
expeditum.*

Tenemus & aliud eius patrociniij argumentum. Nam cum piissimus Rex hoc anno XI. è Societate peteret, qui in Indiam soluerent, sortique decem & octo ad manum essent; missio in annum insequentem differenda erat iudicio Officialium: sed ecce mœstis Patribus inspiratum à cælo gaudium. Nam paucis diebus ante discessum nauium, in summo nostrorum silentio, tam inexpectata in omnibus, ac potissimum Officialibus regis, deuotio erga D. FRANCISCVM XAVERIVM ad nuntium miraculi Neapolitani accensa est, vt omnibus è Societate, qui vellent, potestatem nauigandi face-

facerent. Inscendimus itaque fortunatissimi tres & triginta. Inter hæc senecio quispiam apud Marchionem de Puebla vehementer institit, ut is se apud Patrem Prouincialem pro filio suo interponeret, missionemque Indicam illius interrumparet. At optimus Marchio respondit, se, si vel ipsius P. Prouincialis omnimodâ potestate frueretur, neminem tamen ab eo numero dempturû, quem ad tam eximiam expeditionem hic Sanctus delegisset; responso tam heroico non infeliciter augurâs, à Deo hanc profectiorem suam cepisse auspiciam, nobisque animos addens ad abitum.

Descendimus ad naues VII. Aprilis in per-
 uigilio Paschatis, comitantibus è Collegio
 S. Antonij Patribus honoratioribus, quibuscû
 conueneramus Serenam Principem Mantua-
 nam MARGARITAM, Portugalliæ Proregi-
 nâ, Dominâ benemeritam & de totâ Societate,
 & singulariter de nobis, quos etiam facundâ
 oratione ad prosequenda tam gloriosi Apo-
 stoli S. FRANCISCI XAVERII, Patroni &
 protectoris sui singularis, vestigia animauit.
 Ex XXXIII. Sociis, hoc est, decem Lusitanis,
 duobus Germanis, & viginti & vno Italis, de-
 cem inscendimus nauem Prætoriam, tres Lu-
 sitani & septem Itali: reliquos excepit præsi-
 diaria. Præerat tribus & viginti P. Ioannes
 Maria Loria Italus Professus, vir talentorum
 eximiorum, de quo, ut & de eius Sociis nunc

*Naues So-
 cij conscen-
 dunt.*

A 4. fileo,

sileo, contentus narratione rerum, quarum
oculatus testis extiti, quasque MAIESTATE
TVÆ pro eâ, quâ in hunc Diuum fertur ve-
neratione, non ingratas fore confido.

Mirabilis est Deus in operibus suis, potissi-
mum autem in compenlandis obsequiis suo
honoris impensis, vtrut parua ea sint, modò ad
eius suscepta sint gloriam. Et ne exempla è ló-
ginquo petamus, iter nostrum in testimonium
euoco. Nam cum iter istud sit quædam sepa-
ratio & auulsio à rebus carissimis, vtrpote à pa-
rentibus, notis & amicis; & cum inducat in
quemdam nationum labyrinthum aut chaos,
tantò molestius; quantò angustiore circum-
scribit angustarum tabularum peripheriâ &
immunditiæ; eâ tamen benignus Deus nos
omnes animi replebat hilaritate, vt iubilis &
amicis amplexibus primo vespere expleri no-
quiremus, idemtidem nauem suaviatemus;
Deum prædicaremus, & S. P. FRANCISCVM
Protectorem & tanti itineris auctorem.

Eidem se naui & eadem credidit D. Petrus
de Siluâ Prorex Indiarum, & D. Antonius
Teles à Silua Trierarchus; quos cum officij
causâ salutassemus, non solum omni amoris
significatione excepti sumus, sed etiam intel-
leximus, quantos per decursum navigationis
Mecænates habituri essemus. Etenim Prorex
nos in filiorum album reposuit, imperio aulæ
Præfecto dato, vt rerum necessariorum nihil
desse

*Eorum bi-
laritas.*

*Proregis in
eos bene-
uolentia.*

deesse pateretur unquam. Quot hebdomadis, & nonnumquam diebus, sportulas de sua quadrâ ad nos trans mittebat: ad ægrotantes nuntios & munera sexcenta legabat. Fuit, quâdo & ipse quemdam è Patribus decem berrum inuisit. Nec silenda summa, quam de nostrâ integritate habebat, fiducia, amoris non leue argumentum. Namque in manus nostras tradidit clauis officinæ aromataria, omnia, que in ægros per nos dispertiri voluit. Denique ut reliquam eius humanitatem & virtutes in præsentiam silerem, non sinebat diem elabi, quâ nostros non alloqueretur, restatus hodie suum in terris verum & sincerum gaudium. Non obscuris ducor argumentis, à D. FRANCISCO XAVERIO hunc Dominum è mille selectum in salutem huius benedictæ patriæ.

Quid de Trierarcho referam? interminabilem Oceanum per nauigandum susciperem, si vellem MAIESTATI TVÆ explicare omnem caritatem, sapientiam, zelum istius peccatoris. Rapiebat omnium externorum, Religiosorum, & nominatim Societatis corda. Et erat liberalitate & magnificentiâ, ut cum potissimum nauigantium pars inopiâ rerum contra æstum & intemperiem necessariorum, in lectum decidisset; ipse amplam legeret bene de proximo merendi tactus, nulli firam liberalitatis & auxiliare manum negatam voluerit. Quotidie catalogum ægrotorum ipse deturbebat, &

*Trierarchi
caritas,
liberalitas,
pietas.*

iuxta singulorum necessitates singulis de suo; quod in rem esset, suppeditabat. Quo factum, ut passim Protector, Prouisor, & Pater pauperum nuncuparetur. Inter has curas nostros non negligebat, quos toto quadrimestri de suo aluit, cum aquæ penuriâ laborarent. Hæc autem omnia eâ amoris significatione cõdiebat, ut nos sibi aureis amoris sempiterni catenis deninxerit. Condolegiz affectu in communibus necessitatibus tanto erat, ut primus ad curanda subsidia procurretet, maximè cum de animarum ageretur incolumitate. Intellexerat duos ex omni numero non expiatos pœnitentiæ lauacro: nec destitit quoad obstinatos pro meritis mulctaret. D. XAVERIVS vsque adeo cordi insculptus erat, ut in eo spem suam, etiam cum alij desperarent, certam reponeret. Narchorum omnium vno sensu desperatus erat eo anno in Indiam ingressus: at hic negabat alibi præterquam Goæ hibernaturam nauim D. FRANCISCO sacram. Et cum aliquando nonnulli alij Religiosi supplicationem indixissent; liberè & propalàm professus est, non dubitare se quin ab omnibus Sanctis vèti & prosperitas impetrari possint; hanc tamen navigationem eiusque incolumitatem ab vno pendere D. FRANCISCO XAVERIO. Tantas in hoc Heroë, insigni paternarum & auitarum virtutum herede, fiducia radices iecerat.

Quid iam referam, quantum ego & MAIE-
STATI

STATI TVÆ, & Domino Regi obstrictus sum. Nam cum nominati Domini intellexissent, quibus in aulâ honoribus, præter omne meum meritum, cultus fuisset; arbitrati sunt, se rem Regiæ Coronæ gratissimam facturos, si me Sociosq; nullo non officij genere prosequeretur.

Venio ad reliqua. In hac eadem naui XVI. Religiosi inuenti, VI. Augustiniani, totidem Dominicani, duo Franciscani, & duo ex Religione S. CAMILLI hospitalarij nauis: & cum *Alij Religiosi in nauis.* his vitam viximus pacatissimam. Præter hos in eadem nauim pedem intulerunt duodecim viri magnæ & nobilitatis & virtutis, ita Diuo FRANCISCO sacri, vt fassi sunt, numquam se reliquâ vitâ toties, atque his octo mensibus, ad sacrum tribunal aut synaxim accessisse. His in pietate nihil cessare reliqui Officiales, milites, nautæ, vectores. Nam præter D. FRANCISCVM *Omnium vectorum pietas in S. Xaverium.* posse videbantur nihil: de eo sermones familiares instituebantur, ille spes erat & anchora omnium; inter procellas vna hæc vox audiebatur: S. FRANCISCVS XAVERIVS hocce nos anno in portum Goanum inuehet. Huic vni anathemata figebantur, huic vni extranatalitium diem natalitia pompa & trophæa erecta. Hunc quotidie bis in propatulo post Litanias, & sub noctem post commendationē animarum flexo poplite supplicabundi altâ sic voce inuocabant: *Laudetur sanctissimum Sacramentum, Domina nostra gloriosissima Virgo absque origi-*

originali concepta, & gloriosissimus Apostolus Indiarum S. FRANCISCVS XAVERIVS Protuberans noster. Largam quoque stipem contulerunt pro eiusdem Divi Cōgregatione Olyssipone ete-
ctā, quam adaugebant piscatores quotidianis incrementis: in quem vltimū piscem omnem bi-
mestri interceptum, & in pecunias redactum,
eidem sacrarūt. Vnde nonnemp facit: Henr,
oninis anni presentis piscis XAVERIO in qua-
drantem venit.

Gloriosissime Apostole, quod tenera hęc in-
te de notio non penetravit? Ægrotū hoc etae
solamen, te inuocare. Vectores inter fastidia
maris & vndarum, in hoc nomine suum leua-
men reperiebant. Ipsa aras tenera tenero in
hunc affectu ferebatur, eiusdemque nomen
crebrius vsurpabat. Ex quo factum, ut vnus de
eorum numero octennis aut nouennis, qui in
aras nouendiales solemnitates Diuo indicas
19. Octobris in mare prolapsus fuerat, nec ob-
navis impetum auxiliaris porrigit manus pote-
rat; in tanto periculo parentis luorumque im-
memor, vnus memor XAVERII, hunc ore to-
to & corde inuocārit. Nec vota mania. namq;
à Diuo animatus, sic tenetis manibus foreiter
inhæsit scaphæ, quam è nauis eiecitaueramus,
ut excipi à nostris potuerit. Cū ex vndis
educeretur, labellis teneris idemidem inter-
lacrymas inclamabat: Sancte mi FRANCISCUS,
mi Sancte FRANCISCUS. Denique receptus in
nauem,

*Etiā pue-
torum.*

*Vnus eius
ope è mor-
tus periculo
eroptus.*

navem, primæ omnium pleno cursu ad sacellum Divi confugit; & istic, quamvis totus marinus & madidus, in genua prostratus coram facie Æone hæc peroravit: Mi Sancte FRANCISCe, tu me ex mortis faucibus eripuiti, tu miselli huius pueri miserus es: tibi vitam debeo, munus hoc tuum recognosco & prædico. Lacrymæ quæ ab innocente vultu defluebant, nostras pariter qui circumstabamus lacrymas evocarunt.

Ex hac tantâ ergo S. XAVARIÏ devotione protinavit singulari ille animus, quo in nos cuncti ferebatur. Nemo erat, qui se felicè non prædicaret, si quâ nobis in re obsequi posset. Alij colligebant aquam pluviam in subditiump fontans & dulcis, quâ bimestri laboravimus, Alij recetem, quem in navigatione piscari fuerant, piscem suppositabant. Si quem è nobis contrigisset ob valetudinem lecto affigi, aderât bellaria, & quæ reficiendis spiritibus opportuna sunt. Hæc autem omnia eâ amoris significatione præstabant, ut ad acceptanda munera cogere metu molestiæ ipsis afferêdæ. Quâ die P. Baltasarem Cittadella è prædiariâ, in quâ quadrimestri iacuerat, in nostrâ transportati, è nautis vnus quispiam pro ægro res saccharo conditas ingerebat: sed cum à me reiiceretur, ille non ferens repulsam, ceteros Nostroa adiit, ab iisdemque interposito D. XAVERII nomine, impetravit quod desiderabat.

*Omnium
in nostros
benivolentia & liberalitas.*

Aduen-

*Sebastiani
Fernandez
Nauarchi
benignus
animus.*

Aduentus ægri nouam aliquibus messera ministravit nobis benefaciendi. Inter ceteros illustris fuit Nauarchus Sebastianus Fernádez; quem quibus sat dignis elogiis prosequar, non reperio. Affectu enim plusquam paterno in omnibus succurrebat necessitatibus, ac potissimum cum laboratum aquæ potitiuâ, quo tempore suam nobis cessit, ipse, quantumuis decrepatus, contentus pluuiâ, quam eius uernæ excipiebant. Hic, inquam, cum intellexisset præfatum Patrem gallinis, quibus nos carebamus, iudicio Medicorum recreandum videri, vitro ingessit spâs, quamuis in ipsâ nauî una quelibet quatuor aut quinque ducatis uenditur. Quin & piâs quætelas, tum in me, tum in reliquos deponebat, propterea quòd contenti oblatione & piâ uoluntate, similia dona respiceremus. Denique ex omnibus qui in nauî erant, ille se felicissimum rebatur; qui nos sibi pluribus donis & obsequiis dedinxisset.

*Duo in nauî
sacella.*

Quâ lætitiâ excepti simus, cum in nauem pedem inuolimus, argumento erit singularis illa in S. FRANCISCV. deuotio. Moras sex dierum, quas in litore otioso traximus, minime otiosas fecimus. Ut enim ego à Prorege obtinui, ut tota media puppis superior sacello in partem cederet, ibidem bina altaria erexit, alterû D. Virgini, quod adornabat pretiosa eiusdè Diuæ imago à Prorege subministrata; alterû D. FRANCISCO, cum eiusdè prodigiosa icone.

icone. Dixi, prodigiosâ, quia cùm ex Aulâ regiâ
tristis recederem, propterea quod nudus ima-
gine mei Tutelarâ & Patroni; (nam è binis,
quas mecùm ex Italiâ attulerâ, alterâ in ære ex-
pressam obrulorâ Regiz Maiestati, alteram
intelâ pictam Comiti Oliuarez, eidem Diuo
deuotissimo) sensoram iis me temporis angu-
stis circumscriptû, vt de nouâ Olyssippone,
vnde octiduo ab aduentu abnavigadum erat,
procurandâ diffidere meritò possem: maximè
cùm quid simile tam Neapoli; quàm Genue
& Madriti attentalsem; nec Madriti toto qua-
drimestri vllum inuenissem, qui meo deside-
rio vel veller vel posset satisfacere. Hoc itaque
nobis grauis Nouiriatum nostrû adij, isthic
scripturus epistolas quasdam; quando ecce vir
quidam religiosus & Deo plenus ad me con-
solandum prædixit, nocte, quæ diem Mercurij
in hebdomadâ maiore consequitur, pingendâ
quam desiderabam effigiem. Ego non tam spe-
operis, quàm desiderio gratificandi homini;
pictorem adeo, propositrâque ideâ & lineâ-
mentis operis, reuertor. Etece noctem eam
ambo transegimus, ille pingendo, ego scriben-
do, Aliteto manè vt imaginem allatam specta-
ui, præ gaudio pænè diffluxi. Etenim à quo
Neapoli magnum illud miraculum patratum
est, nulla effigies Diuo similior in lucem pro-
diit. Et sanè tantam vultu maiestatem, affabi-
litem; & deuotionem præsefert, vt & in nau-
ui,

*Imago S.
Xauerij
pulcherri-
mæ prodigi-
osè picta;*

ui, & hinc Goæ in omnibus deuotionem, & sui
venerationem exciter. Hæc in tam diuturno
& molesto itinere meum fuit delictum, hæc
thesaurus, quem sola à me mors auellet.

*Quotidie
celebrati.*

*Aliud al-
tare.*

In hoc ergo sacello quotidie litabamus, nec
vnumquam intermisimus; præterquam triduo il-
lo, quo circa tertiam Augusti ad Caput bonæ
spei solito insolentiùs iactati fuimus. Alius
ab hoc sacello locus assignatus est tertio altari
extra puppim, in quo duæ quotidie Missæ, in
solatium turbæ, quæ ad sacellum conuenire
non poterat, dictæ.

*Officia in-
ter nostros
distributa.*

Post erecta altaria suus cuique nostrum in-
tra nostrum conclaue locus, studiis & occupa-
tionibus suæ horæ, labor denique cuilibet se-
cundum vires, non secundum desideria, attri-
buitur. Eo certè seruore singuli in omnia fere-
bantur, ut fræno opus fuerit. In Patrem spi-
ritualem & Confessarium electus P. Antonius
Capece Neapolitanus, iuxta mentem P. An-
tonij Mascarenia Prouincialis Lusitanæ, in
Ministrum P. Balthasar de Costa Lusitanus,
vir à religione eximius. Claues apothecæ da-
tæ P. Iosepho Chiara Italo, quo in munere, ut
deinceps patebit, singulariter eluxit. P. Anto-
nius Bonanni sacelli & rerum ad Missam spe-
ctantium curam in se suscepit. Congregatio-
nè Nobilium, cui præfectus erat Trierarchus,
regendam excepit P. Bartholomæus Tarlati-
nus Romanus; P. Franciscus Cassolus ex Pro-
uincia

vinciā. Parmensi Concestationem spiritua-
lem, de quā infra. In rē recidēre partes com-
mendandi animas purgatoris flammis addi-
ctas: in Fratrem Iosephum Agnetē Neapolita-
nū, officinā Marthæ, quod negotiosissimū
fuit. Nam reliquis duobus Coadiutoribus
Lusitanis, quia in valetudine vacillabant, sua
secundū vires portio data. His omnibus ad-
iunctum, ut doctrina Christiana traderetur,
visitarentur ægri, & Litaniz B. Virginis in fo-
ro navis recitarentur, id quē alternatim in heb-
domadas labore dispersuro. Residuum quod
ab his laboribus supererat diei, plerique attri-
buebant visitationi navis & nauarum. Hac
industriā sublatis lusus, iuramenta, dissensio-
nes, odia, murmura; cōpositæ inimicitiz, paca-
tissimi. Hæc & his similia, Deo & D. FRAN-
CISCO XAVERIO auspice, ita feliciter peracta,
ut non solum durante itinere, sed etiam nunc
Goz omnes voce vnanimi Societati suam ad-
scribant sanctitatem. In eadem distributione,
pro quiete P. Ministro & fratri vni Lusitano
obuenit protra, reliqui octo arctauimus nos ad
angustias puppis non sine animi gaudio, quia
dum angustantur vasa carnis, dilatantur spatia
caritatis. Hæ fuere primi diei occupationes,
reliqui dati visitationibus tum nostrorum, tū
externorum qui ab vrbe ad nos excurrabant.

Tandem XLII. Aprilis, hoc est primo die
Veneris Paschali anni MDCXXXV. Deo &

B

D.

*Soluuntur
portu Socij
13. Aprilis.*

D. FRANCISCO feliciter aspirantibus, magnâ animi lætitiâ, haustis ventis vela fecimus, & portu excessimus. Vnâ profectæ celoz quæ Protegem in Indiam comitaretur; & decem phasels sub ymbra nostrarum navium hostilium incursum declinatæ, quæ deinde sua studia secute pars in Brasiliam, pars in Caput viride, siue Angolam, abiere. Ut vela explicuit Prætoria, & nos explicuimus nostra desideria: agente enim Spiritu in sacellum convenimus, ubi iunctis in morem supplicum manibus formulam singularem vota renouendi Xaverianam, quam I V A MAIESTAS reperiebat in relatione Miraculi Neapolitani, à me Madriti anno superiore præsentatâ, recitauimus, eodemq; D. XAVERIVM in Ducem, Magistrum Aduocatum & Protectorem delegimus; obsecrantes vt nostri curam gereret. Inde iterum in stationes, nullo ante nauicam, quam certam opprobriabamur, quidquam tentaturo.

Postriduum in transitu *Vallis aquarum*; à continuâ inquietudine sic dictæ, plerisque dicta nauis & vomitus agitauit; qui in me fuit sanguineus. Utinam sit prodromus fluminum, quibus ob Christum Iaponiæ fora cupio irrigata! Ab his motibus in pelagus miris illati respirauimus; quin auctis viribus ad sua quæque officia læti & alacres procurrimus. Eadem xv. die Aprilis, quâ Maderam insulâ, & duas alias cultoribus vacuas ad gradus altitudinis poli

*S. Xaerio
se donouit.*

*Vallis
aquarum.*

Madera.

poli xxxii. videbamus, sub horam 22. sup-
 plicatio in foro navis indicta, cōcientibus po-
 pulum gre campano minuiore duobus adole- *Supplicatio*
 ſcentibus. Prælate Crux præalta, & quinque *in mari:*
 Christi Domini Vulnera elaborato: expreſſa
 penicillo. Ad populum concitum vnus Patri-
 bus sermonem habuit eo ardore animi, vt ſu-
 ſpiria audirentur paſſim, & per ora lacrymæ *conſcio:*
 vberim defluerent. Explicata methodus, quâ
 tempus in hoc itinere piè & cum emolumento
 impendendum erat. Publicata pro die xxxi.
 eiusdem menſis *Communio generalis.* Sub finem,
 vbi recitando formulam eliciendi actum con-
 tritionis, totam nauim ad copioſiſſimam flo-
 rem incitaſſet, Cruce ſignatos ad ſua dimiſit,
 benedicentes Deum, qui tam felici exordio
 aſpiciatus nauigatione fuiſſet. Ibidem ſequē- *quotidiana*
 tibz temporibus continuata quotidie doctri- *catecheſis:*
 na Chriſtiana, non abſque notabili gaudio &
 profectu omnium. Poſt occaſum Solis ab eo
 Patre, in quem catecheſeos hebdomada inci-
 diſſet, recitatæ Litaniz B. M A R I E Virginis *Litania:*
 cum Oratione ad S. X A V E R I V M, de qua ſuprà.
 Sabbatho ſe noſtris ſociabāt alij Religioſi: ſub
 noctem aliz Litaniz à Muſicis decantatæ in
 ſacello, præſente Prorege.

Atque hic fuit primi diei ordo, ſpecimen &
 exemplar futurorum in nauigatione hac; ſi ad-
 damus Miſſas quæ matutino tempore habitæ *Miſſa:*
 funt, & pulſum quem ego primâ noctis horâ

*Commenda-
tio ani-
marum, &
existentiū
in peccato.*

in eodem foro instruebant, animas Purgato-
rij, & quę in mortali existerant, commendans;
morę a S. P. FRANCISCO iam olim in Indiis
vsurpato. His subtexui exemplū formidabile
de peccato quopiam; quod deinceps va-
riabam, substitutis aliis non minus ad votam
facientibus. Ingenuę fateor MAIESTATE
TVÆ, hanc adiuventionem vsam mihi diu-
nam, & singularem S. XAVERII instinctum.
Tantum inde haustum est emolumentū. Eā
certē horā summum erat in naut silentium, in
quo quid ageretur, indicabat concursus, qui
post semihoram in facellam fiebat ad depō-
nendum sarcinas peccatorum. In id ego facel-
lum marurē mō cōferebam, ut in tempore ad-
essem, priusquam interposceret accensus ardor
pœnitentię. Inter eos qui hęc occasione con-
uerſi sunt, non postremum locum tenet factio-
sus aleator, supposititiis aleis nihil non lucrā-
ti solitus. Hic VII. Maij vsque ad eđ ad cōm-
mendationem animarum colluctatus ani-
mo est, ut effestigiō aleas in mare iecerit, &
omne iniustum lucrum dominis suis restitue-
rit. Hac novā, sed perquā salutarī gloriosif-
simi nostri FRANCISCI inuentione terminata
est prima dies; in reliquis iteranda non sine
manifestis diuini fauoris indiciis. Nam pleri-
que ē naut generalem exomologesim perege-
runt. Ut silēam eos, qui plures annos in iuste-
grum restituerant. Quis tantam ab vndis mes-
sem sperasset? Con-

*Ingens in-
de fructus
spiritalis.*

Conspectus insulæ Palmæ XIX. eiusdem ad Palma in-
 altitudinē graduum **XXIX.** mirificè nos recrea- *sula unde*
 uit. Reuocabamus enim in memoriā felici- *dicta.*
 cem sortem **XXXIX.** Martyrum Societatis, quo-
 rum triūphi & palmæ nomen insule dederunt.
 Die sequenti, hoc est **XX.** Aprilis, quī erat pri-
 mus dies Veneris nauigationis, octauus ab
 egressu è portu Olyssipponensi, vice doctrinæ
 Christianæ exorsus est P. Iosephus Chiara de-
 uotionē Vulnerum, cui è Nobilibus quidam
 Crucem præferēbat. Declarauit primitus fū- *Deuotio s.*
 damenta & partes huius deuotionis: tum in *Vulneri.*
 laudem eius hymnū concinuit, accinente totā
 nauī eo animi ardore, vt deinceps per omnem
 nauigationem hoc pium celestis semper die
 Venecis sic insonnerit. Pater quoque Bartho- *Sodalitas*
 lomæus Tarlatinus principium fecit Congre- *Nobilium*
 gationi Nobilium & Religiosorum, Præfeto *& Religio-*
 Trierarcho, quæ suos quoque non vulgates *orum.*
 manipulos bonorum operum reportauit. Ter
 quothebdomadis conueniebant. Nemo in al-
 bum admittus, quin generali confessione ani-
 mum expiaffet. quod medium nonnullis ado-
 lescentibus potissimum profuit.

Dominica proxima XXI. Aprilis celebris
 fuit *Communione generalis*: censebat hæc pluf- *Commu-*
 quā quingenta capita, lacrymas verò multo *nio gene-*
 plures. In eadem, quia prima, distributa Vero- *ralis.*
 rica cum indulgentiis extraordinariis. Locum
 huic celebritati opportunum suppeditauit fo-

rum natis, in quo erectum altare S. XAVERII
 imagine insignè. Pro excipiendis confes-
 sionibus sudatū à septem Sacerdotibus die Sab-
 bati vsque ad medium noctis, & die Domini-
 cā à primo crepusculo. Et Missis quinæ in hoc
 altari pro turbā, & binæ in sacello pro Nobili-
 bus & Officialibus dictæ. In his pietatis ope-
 ribus principem semper egit Trierarchus. Re-
 liquis tribus Dominicis parè similis deuotio
 constituta ad Missionis indulgētijs obtinen-
 das. Sed tam hæ, quàm illa generalis Ducem
 habuit Trierarchum cum Nobilibus. Omnium
 minima, quæ fuit ad Caput bonæ spei XXX.
 Julij ob vehemētiam frigoris & tempestatum,
 tamen excessit numerum 300. Quā die celoz
 expedita ad Caput viride, cum illius Guber-
 natore, & litteris tam Proregis, quàm parti-
 cularium in Lusitaniam deferendis; & nos ad
 admodum R. P. N. Generalem, & alios Patres
 Europæos ea exarauimus, quæ tempus & oc-
 casio requirebant.

Occurrerunt his temporibus complura visu
 & admiratione dignissima, tam in auibus, quā
 in piscibus. inter cetera emicuere tubarones,
 testudines, & balæne, quarum aspectū mirifice
 recreabamur. Sed temperavit lætitiā primū
 petulantia vnus militis, quem, ob vulnus alte-
 ri illatum, ter in vndas consueto mulctandi ge-
 nere eiecitauere, non tam periculoso natandi
 peritis, quàm probroso. Secundo mors nau-
 tæ

*Indulgen-
 tia missio-
 nis.*

*Pisces mi-
 ri.*

te xxviii. eiusdem ad altitudinē xv. graduum. Hic naues in scēderat periclitaturus an phibulis mutatione auræ depelli posset. Sed medio in cursu salubriorē auram inter manus Nostros adinuenit. Postremum inauspicatū nuntium hoc mēse attulit Protegi xxx. die Capitaneus Præsidariæ; significauit enim nauim suam vitium facere, & vndas bibere. Subuen- *Periculum nauis præsidariæ.* tum quærocys è Prætoriâ. Et quâuis exiguo adiuumento hæc forent, non posuit tamen nauis sub tali Patrono & tutelari S. XAVERIO non se Goanis mœnibus sistere, non potuit interire. hæc vna omnium vox.

Cùm Aprili mēse visi abisse venti, residui xxi. gradus altitudinis, qui vsque ad Equinoctialem lineam supererant, totis xxxi. diebus mirè nos fatigarunt, cum intereâ nos afflaret æstus Guineæ, cum tempestanibus & intempestis nubibus, quas crebrò nox diesque fabricabat. Harum impetu naues quandoque periclitabântur, ne mutuâ collisione dissilirent; potissimum vii. Maij; quandoque ne distra-ctæ mutuo solatio & subsidio fraudarentur; nonnumquàm antennæ & vela discerpebantur. Sic sub onere laborantibus à celo ce nuntiatum, isthio supremum malum confectum, & quod multarū suspicionum seges fuit, furtō sublata nauclero nonnulla, sine quibus ægrè iter in Indiam illi naui pateret. Inter omnia quæ molestiam pariebant, primas tulere venti

Varia molestia & pericula.

generales, qui optato citius ad altitudinem VII. graduum nos comprehenderunt, cum ad prosperam navigationem circa tertium gradum, aut infra desiderari soleant, ne scilicet præpediant progressum ultra promontorium S. Augustini à latere Brasiliæ. Hoc animadverso tenentur nauarchi sub pœnâ vitæ in Lusitaniam regredi, cum eo anno in desperatis habeatur ingressus in Goanum portum.

Has inter angustias placuit diuinæ bonitati quos quosdam igniculos Religiosis iniicere. Quare die sanctæ Crucis à Patribus Augustinianis Missa solēniter decantata in puppi ad aram exquisitâ industriâ erectam. Eodem tempore ab alio eiusdem Ordinis habitus sermo ad Proregem, Trierarchum, Religiosos, Nobiles, reliquamque plebem. Idem à Patribus Dominicanis postridie in festo D. Monicæ factitatum. Quo ritu deinceps reliquæ festiuitates culturæ eâ modestiâ & fructu, ut vix in continente plus desiderari iure poterit.

Nec nostra opera his diebus defuit: Publicatum certamen spirituale, quod se extendebat ad quædam opera quotidiana, Communionem mēstruam, & sub primâ Communionem ad fidei professionem, per quam consequebantur complures indulgentias. Libentibus animis acceptata deuotio. Inscripti per P. Franciscum Cassolum in album omnes cāditati antesignano Trierarcho, eodemque promo-

*Aliorum
Religiosorū
pia opera.*

*Certamen
spirituale.*

promotore deuotionis. Quare vi. Maij habita bita est secunda in mensis generalis Communio similis priori, præterquam in professione fidei, quam excepit P. Minister. Nouis verò So dalibus in formulâ voce aktâ præibat alius è Patribus. Numerus communicantium qua dringentesimum attingit. Binæ hæ mensuræ Communiones numquam toto itinere inter ruptæ. Vt sileam priuatas, quæ creberrimæ inter currebant. Quid referam iubila, & animi gaudia, quæ naui totâ vigeant? Vox omnium vna, nullam vniquam è Lusitaniâ nauim in In dias vela fecisse, quæ tali fuerit deuotione, quæ tantâ Sacramentorum frequentiam vsa. Non erit MAIESTAS TUA, eâ me perfusum conso latione, vt ob hanc vnam libens millies itera rem omnes tam diurnæ nauigationis mole stias; quamuis non sperarem, me ab aquis Oc ceani transiturum ad ignes Iaponiæ, ad can tandam in cælesti patriâ cum aliis cæli in qui linis: *Transiimus per ignem & aquam.*

Secunda
Communi-
o gener-
lis.

Verum cum etiamnum solemne suum te neret molestissima Guineæ malacia, à pluri- rois multum æs ad Diuorum cultum com- portatum, præcipuè in arcam B. Virginis im- maculatè conceptæ; vt per ipsam felices venti imperrarentur. Verum quia dæmon nuspam non sua lucra venatur, nocte nonam sequen- te, occasione fragoris, quem repentina tem- pestas excitârat, contracta est dicta arca, &

Elemosy-
na.

B 5

quæ-

quædam inde furto sublata. Ergo sequenti nocte inter commendandum animas defunctorum, ita exaggeratum sacrilegium, ut commotis animis hilariter & largiter ea denuò summa conferretur, quæ adæquaret & superaret dampnum.

Alio infelici euentu exerciti sumus xv. eiusdem. Ex adolescentibus, qui Patribus Dominicanis seruebant, non nemo incautior nocte ex alto decidit, itaque à sensibus alienatus, & elinguis hæsit, ut paulò post emortuus sit. Decima septimâ à Prorege in consilium euocati Officiales Bellicæ, actumque de mediis promotionendi dictam nauem, quæ ut malè facta plenos vêtos excipere formidabat, suâque lentitudine Prætoriz moras iniiciebat. Eadem nihilominus die peracta solemniter festiuitas Ascensionis Domini cû Missâ solemnî, & concione, quam Noster loco solito peregit. Dein operæ pretium visum, nostrum Protectorem nouo cultu propitium reddere. Quare xix. die ad tribus sonum delata in proram Diui imago, & isthic ab vno è Patribus paucis explicata Diui potestas in tempestates. Terminauit sermonem voto solemnî, ad quod tota communitas voce sublatâ assensum dedit, nimirum **D. XAVERIUM** festiuitate solemnî celebrandi, si nauim saluam ex lineâ Equinoctiali & ab latere Brasílico eduxerit.

Gratam sibi fuisse deuotionem, mox Diuus
miracu-

*Festum
Ascensionis.*

*Votum
S. Xaverii.*

miraculo comprobavit. Namque idem Patre de nocte ad excipiendam militis lethaliter fauci, & iam animam trahentis confessionem euocatus, ut periculum aduertit, hominem impulit ad inuocandum D. XAVERIUM, facrisque eius lipsanis vulnere applicatis, sanctum Evangelium recitavit. Hic, quod mirere, momento sanus ac valens electo miles profuit, alta voce, & plenus iubilo identidem iterans: Sanus sum, sanctus mihi XAVERIVS vitam restituit. Incredibile est, quantos hoc prodigium animos omnibus addiderit. Quamvis ex opposito non mediocriter contristari separatione, quæ inter Bellicam & Prætoriam indicta erat. Iuramento supremus Nauarchus, alique Officiales confirmarunt, nos Indiam simili nauigandi ratione non peruenturos. Ergo Prorex decreto XXI. Maij dato imperavit, ut Prætoria plenis velis nauigaret. XXVIII. eiusdem ad altitudinem trium graduum Bellicæ uideri desit, cum dolore omnium, sed præcipuè nostro, ob Socios: quamquam complures tantam in Diuum fuere fiduciam, ut affirmarint ipsam quoque hoc anno, & fortè prius nobis, in Indiam peruenturam. quod postremum non multum à vero abfuit.

Priusquam Æquinoctialem, præternauigarem, tributum dependendum fuit. XXI. huius mihi ad pacem inter rixantes componendam properanti ex lapsu pænè contracta tibia.

XXVI.

*Moribus
dus ab eo
sanatus.*

*P. Mastril-
lus agrotas*

xxvi. in febrem incidi, à quâ tamen cum diuina gratiâ post quintum diem conualui. xxx. adolescens in mare defluxit, nec adiuuari potuit nisi sacramentali absolutione, quam proterensis in cælum brachiis expetebat. Hoc tributo persoluto, iv. Iunij Æquinoctialem præteruecti sumus, cum biduo antè phaselus vnâ in Angolam à nobis abiisset. xiiii. Iunij superauimus altitudinem promontorij S. Augustini ad altitudinē graduum ix. poli Antarctici; & quia dies erat sacer S. Antonio de Paduâ, apud nationem Lusitanâ cultissimo, habitæ duplices Vesperæ, Missa, & concio per Patrem Franciscanum: addita processio, & Cōmunio, vtraque frequens. Patrem fructū retulit natalis B. Aloysij: illud in hoc singulare, quod post concionem peracta sit *Communio generalis* paruulorum numero lx. gratulantibus sibi ipsorum parentibus.

Festum S. Antonij de Paduâ.

B. Aloysij.

Tertia Cōmunio generalis.

D. Ioannē Baptistam, post decantata Missæ officia, panegyri suâ celebrauit quidam ex Augustinianis. Inde tauri in theatrum dati, spectante Prorege, Trierarcho, & aliis. Sub noctem celox refulsit artificiatas ignibus. Illud inter cetera admiratione dignum, quod puluis nitrarius post aliquâ sub vndis moram in ignē & flammam etumpebat. Mensem Iunij conclusit festiuitas SS. Petri & Pauli ad altitudinem graduum xx. non procul ab insulâ S. Trinitatis, quam detexeramus xxiii. sed abscedere

Varia festiuitate.

dere ob malaciam totis VII. diebus non pot-
 uimus. Peracta est hæc festiuitas quā festi-
 uitate honori D. Protegis Petri. Vesperas ex-
 cepit tormentorum omnium boatus, & ignes
 nocturni peractam nauim, ipsamq; speculam
 conspicui. Mane ad Missam decantatam ac-
 cessit, cum tormentorum & scloporum ex-
 plosione, sermo prius è Nostis. Comædia
 pomeridiana defuere Prorex & Societas, non
 sine secundo amore. Finem dedere iuribus
 XIII. Junij orbe Mozambicum telegatus
 ad triennium. Capitaneus, qui Trietarcho
 minime erat. & *mi xxvi.* eludem doloribus colicis non mod-
 ice affici cepit. P. Franciscus Cassolus, quos
 tamen Dei benignitas, & S. FRANCISCI in-
 tercessio breui composuit. & Julij idem in me-
 insperare tanto impetu, vt conclamatum arbi-
 trarentur multi. Triduum hic dolor tenon:
 accessit defluxus in aurem. Omnibus remedio
 furoleum miraculosum B. Virginis Natiuita-
 tis à D. Trietarcho submissum. Non è iusdem
 circa XVII. gradum vas oleo plensu ad focum
 distruptum incendium excitauit tam pertinax,
 vt aqua sopiri non potuerit, actumq; de nauis
 & nobis fuerat, ni Trietarchus cum aliquot
 Nobilibus pallioru suorum intellectu flammam
 composuisset. Datum dein imperium, vt præ-
 ter custodes milites, assidue focum tuerentur.
 ditio è nobilissimè obtemperatum Goam vsque.
 Silen-

*Oleum mi-
raculosum.*

*Incendit
in nauis.*

Silentio prætereo, quomodo sub idem tempus Acarum vehementiâ ventorum crepauerit, ne in minutis & quotidianis operam ludere videar.

Secura deinceps aliquantò tranquillior navigatione, xxv. Julij post Missam decantatam, & D. Iacobû à Patre Augustiniano oratione celebratam, per astrolabium deprehensa altitudo xxv. graduum, quæ est altitudo Capitis bonæ spei. Animis omnium exhilaratis eò contentæ prorsus. Octiduo in eodem gradu processum ab Occidente in Orientem, quo tempore circumditi coronâ pulcherrimam & variegatarum volucrum de cæleucas consecimus, Iucundum

Mira aus.

erat spectare venantes ea quæ è navi in eadem proiectabamus. Nec nullæ in hamo ille diebus. Hisdem diebus, à Prorege coactum consilium rã Officialium maiorum, minorumque, quam Religiosorum. Quæstio erat, an interior via inter insulam S. Laurentij & Africam tenenda, an altum sulcandum à parte Orientali dictæ insulæ. Decretum altum, maxime cum ab excelso regimine Regiæ Maiestatis idem decretum fuisset, si infra xx. Julij promontoriû Bonæ spei non teneretur. Decretum deinde, vt celoce mitteretur Mozambicum prædiciarius miles. Interea dum in nostro itinere vada & syrtes periculosissimas transimus, iteravimus votum D. XAVBRIO ad oram Guineæ olim conceptum. Ad D. Ignatij, cum assi-

Votum S.

*Xaverio
rursus fa-
ctum.*

assi-

assiduus imber interturbasset eam sollemnita-
 tem, postridie, hoc est primâ Augusti, habitæ
 primum solennes Vesperæ. 11. eiusdem ante
 Missarum solènia visæ in mari volucres, quas
 Itali *Cappelonge* nominant. sunt hæ volucres al- *Aves Cap-*
 bû perinâ, rostro fusco, indicantq; non habesse *pelonge.*
 longè promontorium Bonæ Spei, ut & lupi
 marini, qui supra xv. leucas à continente non
 abeunt. Nec multò pòst summâ cum læritiâ
 terræ discooperta, quas vocant *Agullas*, xxv,
 leucas trans dictum Bonæ Spei promonto-
 rium. Nemo non D. XAVERIO hanc in ena-
 nigandis periculis tam fortunatam sortem at-
 tribuit. Et calculatione subductâ, repertum,
 die D. Ignatio factò xxxi. Iulij superatum il-
 lud promontorium, quod tum ob nebulas &
 pluvias videri nō poterat. Cum hac læritiâ de-
 cantata Missâ, circumfulgentibus quam plu-
 rimis cereis & odoramentis. Sermonem de *Festum S.*
 vicatibus D. Ignatij instituit P. Iosephus de *Ignatij.*
 Mendez Superior Patrum Augustinianorum
 applausit omnis corona. Ad complementum
 festivitatis solus tormentorum applausus de-
 fuit, quæ propter intemperiem maris recon-
 dere oportuerat. Peractâ Panegyri celox cum
 præfidiario milite 33. capitibus aucto expedi-
 tis Mozambicum in eiusdem subsidium sub
 noctem abscessit, quo tempore nos cum Trie-
 racho, & nonnullis nobiles viris atque Of-
 ficialibus in facellum collecti, sorte piâ præ-
 miola

miola legimus, quo ludi genere pluries inter nossegeramus, vicem præmiorum supplementibus mortificationibus.

Necdum experti fueramus ferociam promontorij Bonæ spei, mobilitatem illius Oceani, furias ventorum. III. Augusti dies detexit, quæ latebant: tanto enim impetu puppim adimplerunt venti, ut solo proæ velo totum triduum vel licuerit. Hoc tempore interruptus Sacrificij usus. Neque tamen suis terrores, quibus angebamur, consolationibus caruere. Næ IV. eiusdem visa est à longinquo navis, quam dum auguramur comitem olim nostram, à nobis ad oram Guinææ derelictam, imperio Trierarchi supans editus, ut hoc signo suam recognosceret Prætoria. n. Verùm nocte posterâ sic recessit, ut iam puppè oculos speculatoris suffugeret. Multorum iudicio, maximè Nauarchi, cen inimica deserenda erat. Attamè Trierarchus post glandes ferreas in militum distributas, & protracta tormenta bellica, in eam pleno velorum agmine ferri voluit. Reperta amica, & in fidem recepta. Facultatem vel loquendi vel scribendi excedit lætitia, quæ omnes affecit, dum in illâ Oceani immensitate suos singuli amicos, quos in perditis numerabant, saluos & incolumes receperunt. Quis tum à laudibus D. XAVERII, quem tam fidum Patronum experiebarur, abstinuit?

Sed ô inconstantiam! Hanc tantam lætitiâ
vehe-

Venti in
gentes.

Redit al-
tera navis.

vehementer temperavit subsequens Ducum & nauarum deliberatio. Procefferamus totas 400. leucas à parte exteriori insulæ, et iam xxii. Augusti aderat, hoc est Octaua Assumptæ (quam xv. Missâ decantant, Vesperis & sermone per P. Augustinianum habito, suo carere obsequio nolueramus:) cum ecce se Nauarchus in reflexu aquæ ad altitudinē xxxiiii. graduum terræ proximum præter spemprehendens, & de transitu insulæ S. Laurentij desperans, regrediendum pronuntiauit ad Caput Bonæ spei, capiendamque maiorem altitudinem, si exterior via tenenda sit, aut in eadem per interiores angustias procedendū. Posteriorem delegit sortem Prorex, si tamen idem ventus aspiraret. At qui naui vehebantur conterriti, ad consuetum asylum, ad parrocinium D. FRANCISCI recurrerunt. Supplicatio sollemnis instituta, circumlata Diui icon, recitatæ in foro Litaniz, spes in omnibus renouata.

In necessitate inuocatus S. XAVERIUS.

A supplicatione itum in conclaue Trierarchi, vbi post preces epistolæ D. XAVERII in manus vni Nobilium datæ, vt in quam partem aperto libro sorte incidisset, ex eâ pium de nauigatione augurium caperetur, non secus atque in animæ desolatione cum aureo Thomæ de Kempis libello factitari à viris piis solitum. Res mira: bis apertus liber, bis quæ euenere, prænuntiata. Primùm lib. 2. epist. 6. hæc verba

Pium augurium.

C

occur-

Occurrerunt, Cocini hominem expecto. Distat hæc civitas centum stadiis ab vrbe Goã, ad quam, vt dicitur, imperatò venimùs. Secundò ex lib. 4. epist. 1. hæc, *Aprili mense proximo aliqui ex nostris Patribus in Iaponiam mittetur*. Hinc arguebamus, id fieri non posse nisi hoc ipso anno Goam appelleremus. Erectis ergo animis ad quietem omnes compositi. Accessit ad pia auguria secundissima ventorum aspiratio, quæ vigiles nautas tanto stupore & gaudio affectit, vt & elatâ voce acclamarêt, id esse D. X A V E R R I miraculum, & nos à somnio excitos sui gaudij participes facerent. Verùm cum necdâ de miraculi certitudine constaret, placuit Diuo aliquantisper manum contrahere. Ergo xxvi. Augusti posuere venti. Nauarcho denuò de progressu desperante, euocati ex Bellicâ Nauarchus & eius locum-tenens, Inuntiarunt nos à continente abesse 120. leucas, prosperâque vti nauigatione, quam quattiduo secuti sumus, xxx. Augusti credidit Nauarchus Prætorix tandem à nobis superatam insulam S. Laurentij, occursum post diem decimum insulam Mascareniam. At ecce sub auroram xxxi. deprehendimus nos solis duabus leucis à continente insulæ S. Laurentij, ex parte interiori ad altitudinem xxv. graduum distare, vento non absque diuinâ misericordiâ cum die continuato.

In tanto errore nostro illud inter cetera
horrore

Ventus
secundus
S. Xauerij
ope.

horrore omnes succussit, quod ignari periculorum, formidabiles scopulos, qui à fronte eius insulæ creberrimi occurrant, pernavigauerimus. Nec minori perplexitate animos tenebat nubes, quæ mari ita infederat, ut cum insulâ continuata continens iudicaretur etiam ab iis qui in Bellicâ nauigabant, quique ad veritatem explorandam quinque bellicas machinas exonerauerant. Quid ergo à continente incognitâ penè circumdari ageremus? Sed placuit diuinæ misericordiæ tollere errorem disiectâ nube. Inde tum ex altitudine, tum ex chartis nauigationum deprehensum, adiacentem continentem esse insulam S. Laurentij, nosque partem interiorem tenuisse cum errore 300. leucarum, & non minoribus periculis, quàm fuerint enumerata, ne scilicet in scopulos vel Indiæ, vel Zofalæ, qui in illo itinere inter Cafres & insulâ S. Laurentij occurrant, impactis nauibus pateremur naufragium; id quod nobis euenisset, si iudicio Nauarchi abrepti XXI. Augusti proras vertissemus.

Varia pericula superata.

In tantâ locorum & errorum iniuriâ nemo ex omnibus cadebat animo: sic in omnium pectoribus regnabat & triumphabat XAVERIVS: Erat denique hic omnium sermo: In tam admirandâ & nunquam auditâ nauigatione latent mysteria; munere aliquo & beneficio nouo à D. XAVERIO donati sumus, quod aliquando in lucem veniet. Nec fefellit: nam Gœ

Omnium spes in S. Xaueio.

Basani delusi.

intellectum, quinque Hollandicas ad altitudinem Mozambici in insidiis nostrum expectasse aduentum: vnam earum in celocem nostram, quamuis irrito conatu, vela vertisse: ad extremum diuturnitate expectandi fractas, & desperatione prædæ ob anni senium, aliò sua studia flexisse.

Variapia auguria.

Effecere hi rumores, vt D. XAVERIVS passim audiret *Sanctus noster nauarchus*, & libellus epistolarum *acus Magnetica*, ac *nauigationis charta*: quoties enim referatus, toties ex eo omnia quæ euentura erant, ad vnguem intellecta. Inter cetera dignum est memoriâ, quod hac xxxi. die Augusti in conclauis Trierarchi accidit, cum post ritus superius enumeratos à cælesti nauarcho intelligere concupiimus de progressu diei, quæ terrenus perditum iudicabat. Occurrere ergo hæc verba sortem trahentibus, *Prator hibernare me voluit Goa*. Super itinere Iaponico, quod post annum suscipere cogito, lib. 2. epist. 7. agebat de hibernatione Goensi, & proximè secururâ in Iaponiam nauigatione. 1. Septembris in simili sortitione iussit grates Deo pro acceptis beneficiis rependere. Secundâ verò monuit, vt parati staremus & cauti ad futura pericula inuidiâ dæmonis; perstaremus tamé fortes & cōstantes, nam peculiari numine Beatissimæ Virginis ex omnibus feliciter emeruros. Omnia vt prædicta euenerunt: laborauimus, superauimus.

Quæ

Quæ de dæmonis inuidiâ à S. Patre nuntiata, respondēt minis eiusdem maligni spiritus. *Dæmonis mina & conatus.*
 Dum in Italiâ quidam è numero nostro Pater Societatis dæmonem exorcismis affligeret, & à nobili personâ, quam multis annis torserat, proturbaret, respondit malignus, se in hac temporis differentiâ nihil posse, at in itinere seu futurum. Nihil tamen inter mille conatus amplius potuit, obrinente D. XAVERIO, quàm quòd tibiam vnâ tumore infecerit. Faxint superi, vt Patri illi hæc tibia augurio sit, quemadmodum sua fuit D. Ignatio, & sua XAVERIO.

Post torturbas, quibus nauis agitata est, recreandam censuerunt Patres Augustiniani *Festum S. Augustini.* solemnitate D. Augustini Fundatoris sui, ob easdem, quibus nos, turbas dilatâ. Cantatæ Vesperæ & Missa, & à nostro peroratum. Comædiæ, vtur à dictis Patribus rogati, non interfuimus. Octauam Septembris, post laborem duarum noctium ne in scopulos insulæ S. Ioannis de Nouâ ad altitudinem xvii. graduum indueremur, Trierarchus solemnem voluit Beatissimæ Virgini natæ, cui miracè additus est. Eiusdem beneficio xi. enauimus altitudinē Mozambici ad xvi. gradum. xvii. venimus in conspectum insulæ Combro, & aliarum duarum minutiorum, quæ ad pedem insulæ S. Laurentij ad altitudinē xii. graduum in cent. xix. in altitudine sex graduum in oc-

*Hostilis
navis ca
pta.*

curfantem paronem, qui ab insula S. Laurentij veniebat, impetum fecit Prætoria, cumque vi cepit. Mercatoria erat navis, & vehebat 18. Mauros, sed immunitos litteris securitatis, quas è nostro castello Ningano petere omnes tenentur. Noluit Prorex has inimicorum primitias tractare asperius: quare remisit liberos. Iucundum erat spectare paronem nullo clavo coherentem, & velo vrentem ridiculo. Fortunatus hic exiit mensis Æthiopiibus. Unum aliquem xxv. huius Trierarchus morti addixerat ob nescio quod delictum. Verum propterea, quod non malè apud communitatem audiret, immutata pœna in servitutem locandam in officinâ nitrariâ per aliquot annos Goæ. Prius tamen, quam vitâ donaretur, non generavit in nobis nihil condolentiæ, quibus graue erat, in secundo per Æquinoctialem transitu, qui xxvi. contigit, hominem perdere.

*Vota S.
Xaverio
innouata.*

Superatâ lineâ posuere venti, tantusq; cum malaciâ æstus increuit, ut iudicauerimus aduenisse tempus, quo desperabundus populus solenitate D. XAVERII ad Guineam cõceptâ, ad promontorium Bonæ Spei confirmatâ, eo toto itinere exoptatâ exhilarandus esset, vnaque implorandum novorum beneficium ventorum. Ergo datum principium Dominicâ, quæ erat xxx. in altitudine vnius gradus. *Communiõ generalis* censuit eâ die 700. & plura capita. Ad-
dit æ

*Communiõ
generalis.*

ditæ post meridiem Vesperæ. Erat ara pretio-
sis insignis taperibus, lucebant crebra lumi-
naria, fumabant thuribula. Sub crepusculum
vespertinum repetita professio à Nobilibus in
puppi, à plebe in foro, itaque indulgentiæ spi-
ritualis concertationis promeritæ. Inter hæc
aliquantisper pretiosus spirauit Fauonius.

I. Octobris cantata Missa, & ad populum
ab vno è nostris peroratum. Nihil tamen de
veto amplius à Diuo obtentū, ob causas quas
propediem afferemus. Cū ergo continuarent
cū maliciâ æstus, 17. Octobris à Patribus Au-
gustinianis indicta supplicatio. Præibat ima-
go Crucis: inter gradiendum cantatæ Liti-
niæ, in foro ab vno ex dictis Patribus habita cōcio
accōmodata ærumnoso, in quo versabamur,
tempori. Postremas eā die tulit diuerberatio
corporum. Postridie erecta à Patribus Fran-
ciscanis effigies D. Antonij de Padua, non refi-
genda ante obtentos ventos, ceteremoniā apud
nautas cum hoc Diuo vsitatā.

*Preces pro
vento ob-
tinendo.*

Dominica, hoc est VII. occasione lembi, qui
ad euocādos in consilium ex Bellicā cum Na-
uarcho officiales transferat, vsus ego, P. Ba-
thasarem Citarella à quadrimestri graui-
ter ægotantem, transportavi in Prætoriam,
isthic fouendum opportunitate medicinarū.
Et quamuis deinceps in tantā maris tranquil-
litate vltro citroque transcurrentibus lembis
& epistolis nostram solarem orbitatem; in-

*Morbi ser-
puns.*

ualeſcebant tamen qui ab enormi æſtu prouenire ſolent morbi. Quapropter excitati ſumus ad iterandas preces, & inuocandum D. XAVERIUM. Addebat calcar Trierarchus, qui præſentem ærumnam adſcribebat negligentia in iis quæ ſpectant ad cultum & gloriam D. XAVERII promouendam. Itaque VIII. Octobris noua ſupplicatio inſtituta. Ibat ante agmen Sacerdos noſter nudipes, Crucem quinque Vulnerum baiulans: reſtis pendeſcit à collo, caput cinere ſquallebat, nihil emicabat in eo ad luſtrum & lacrymas non comparatum. Sequebamur ceteri Sacerdotes ſtolis amiſti: poſtremus P. Miniſter inter fratres cereis inſtructos, opertus ſuperpelliceo & ſtolâ, geſtabat in argenteâ paropſide Velum ſacrum, ei ſimile quod apud Sabaudos aſſeruat. Poſt hunc Prorex, quem circumeuntem nauis hæcenus non viderat: dein Trierarchus, Religioſi, Nobiles, & reliquum vulgus. Hoc ordine circumgyratum forum, reſonantibus Litanis.

Supplicatio pro vento.

Oratio pathetica, & inſolitus exorciſmus.

Ad extremum ubi Sudarium in arâ, quæ in puppi erat, repositum; Pater agminis ductor sermonem suo vestitui & tempori opportunum instituit, eo sensu, & omnium cōmoratione, ut sæpius interrumpēda fuerit ob lacrymarum & planctus vehemētiam dictio. Inter hæc idem discooperitâ D. XAVERII icone, quam octiduo velatâ tenueramus, rogabat ut apud Deum interpellatorem ageret. Dein Sudario ad

ad faces ob tenebras per nos extento, offerre Deo Patri per manus S. FRANCISCI XAVERII pretiosissimam passionem benedicti eius Filij: deprecari flagella, poscere veniam & pacem. Augebatur in Auditore animi sensa. hinc alij frontem palmâ ferire, alij misericordiam implorare. Occasione utendum ratus orator, solam & exorcismorum librum postulavit, affirmans, dæmonem in naui se persentiscere, qui omnium horum malorum causa sit. Vultu itaque ad seueritatem composito, & intentâ voce adiurare cœpit, & imperare, ut abscederet è naui, eamque missam faceret. Quid hinc referam, quis ad insolitam actionem pauor omnes corripuerit, præcipue quemdam opificem? Hic, ut postmodum sacrosancto iureiurando testatus est, cum ob loci angustias è pinnâ puppis auscultaret, ad vocem exorcizantis vsque ad eò de suis erratis pœnitere cœpit, ut velut à mente alienatus nescierit, quâ per confertam turbam ad Patrem irrepserit, ubi in genua pronolatus inter singultus & lacrymas confessionis copiam à Patre postulavit, falsus à quinquennio se non expiatum.

*Cuiusdam
mira con-
uersio.*

Pater ut lacrymis populi fræna laxaret, finē dicendi fecit, petirà pro nouello hoc pœnitente Oratione Dominicâ & Saluatione Angelicâ, & undictâ in crastinum nouenâ ad honorem S. XAVERII eâ ratione celebrandâ, ut cuilibet dici nouus Angelorum chorus attri-

*Nouena
ad honorẽ
S. Xaverij
& Ange-
lorum in-
dicta.*

bueretur : decimum diem sibi proprium factet Archangelus Michaël à D. XAVERIO in viuis plurimum cultus : vndecimum & postremum obrineret sacrum Velum discooperiendum ad commune solatium. Suadebat ad extremum, vt ne animis caderent, sperarent de patrocínio Sancti sui, missurum decursu nouenae optata subsidia. Absolutâ cohortatione, choro 50. Psalmum accinente, eodem ordine itû in sacellum, vbi tum Noltri, tum è populo plurimi in se piè sauerunt. Restabat, vt ille pœnitens delicta confessione expiaret : verum quia etiamnum attonitus, nec sui compos videbatur, dilata in diem posterum exomologesis, quam cum omniû admiratione & gaudio peregit, & sacro pane refectus est.

Alia supplicatio.

Eodem die sub horam XXI I. ad ubiæ concentum denuò prodiit ex sacello processio, præeunte eodem Patre linteato cum stolâ, & Cruce quinque Plagarum, è quâ pendeat imago S. XAVERII : sequebâtur Trierarchus, Religiosi, Nobiles, & plebs. Vñ in puppi super aram Crucem ductor deposuit, Litanias decurrit respondente populo. dein ad populum versus ea de excellentiâ primi chori Angelorum dixit, & tanto affectu sub finem dictionis D. XAVERIUM allocutus est, vt denuò copiosissimas lacrymas impetrarit. Peracto sermone, vt iis quoque, quos angustiae sacelli non capiebant, consuleretur, subdiuisa supplicatio:

tio:

*Publica
diuerbera-
tio.*

tio: pars nobilior, P. Ministro Crucem præfere-
rente, in sacellum se abdidit, & isthic in se fla-
gris consuetis desæuit: pars plebeia cum con-
cionatore, & alio Crucis simulacro cantans
Psalmum *Miserere*, ad forum abiit, & coram
arâ isthic prostrata, post expetitam de erratis ve-
niam, & amoris contritionisque actus elicitos,
funibus, catenis, pugnis faciem, humeros,
terga magno animo contuderunt, Patre iden-
tidem interrumpente piam sæuitiem tum ære
tum cohortatione, ac feruorem & calcar cur-
rentibus subdente. Peractâ diuerberatione
prostrati in terram, abundantissimis lacrymis
tam pectora quàm tabulara humectarunt, ite-
ratis suspiriis misericordiam Dei implorâtes,
& de erratis veniam obsecrantes. Extremas tu-
lit Psalmus *De profunda*, decantatus in subsi-
dium animatum purgantium, & Oratio ad
D. XAVERIUM.

Simili prorsus modo, re nullâ intermissâ,
magno profectu & gaudio omnium, vtut de-
mon fremeret, cõtinuati duobus sequentibus
diebus partim pij sermones, partim disciplina
ad honorem nostri sancti Patroni, qui fa-
uentissimum ventum pro adipiscendo maris
fluxu impetrauit; quo, si libuisset, in Maldiuâ
insulam excẽdere poteramus. Sed Nauarchus,
propterea quod & portum & gentis amici-
tiam isthic desideraret, aliò curas conuertit,
non tamen absque pœnitentiâ, cum naues vn-
dique

*Eadem
biduo acta.*

dique tempestatibus circumuallatas vidit.

Emolumenta, quæ Deus his diebus ex his maris agitationibus collegit, fidem pænæ excedunt. Hic ut ex innumeris pauca delibem, alij iniurias remittere, peractaque diuerberatione conscientiam exomologeti generali purgare, alij furto sublata, ut dominis redderentur, ad nos deferre. Denique tanta generatim furmorum commutatio, ut quotidie quamplurimi, & speciatim XVII. huius octoginta adolescentuli ad sacrum epulum accumberent. Vox multorum fuit, D. XAVERII pio astu terras his diebus absconditas, ut cælum ostenderet. Nec sileri debet, quod XII. eiusdem euenit.

Solebat Pater, qui nouenam proposuerat, post peractam flagellationem voce intentiore flagitare, ut qui confessi non fuerant, sibi à cōfessis manifestarentur. Id ubi adolescens ex iis, qui nobis crediti erant, nomine Laurentius Sofa, nunc Goæ Societatis tiro, intellexit; decreuit vnum sibi cognitum patefacere, atque cum hac determinatione se ad solitum angulum nostri domicilij cum duobus sociis quietis causâ retraxit. Sub medium noctis expectatus dum sentit pectus nescio quo pondere insueto premi, & tantum non ossa comminui; vehementer cohorrui, maxime cum hæc vox ad aures adlapsa est: *Si crastino eum detexeris quibus confessus non est, id criminis probè expiabis.* Sub idem tempus sociorum alter euigilans, ut diffi-

cultura-

*Magnus
fructus spiri-
tualis his
diebus.*

*Dæmon
pium ado-
lescentem
vexat; fuit
gubius.*

cultatem respirandi in hoc animaduertit, Patrem in subsidium euocauit, à quo per Sancti nostri ipsana adscitus resumpsit animos & quietem, maximè cum nescio quam umbram fuliginosam ad Parris aduentum vidit per fenestram effugere. Postridie detectus impoenitens, ac primâ, quæ fuit Dominica, ritè absolutus, & sacro ferculo refectus. Adolescenti quoque contra dæmonis minas prouisum.

Sub noctem nihilominus dum flagellatio ferueret, nisus est dæmon strepitu & laruis hanc deuotionem interturbare. Pater rem, ut erat, odoratus, signo campanæ interruptâ diuerberatione, imperauit importuno genio in virtute Sacerdotali, ut abscederet, & nauim missam faceret. Vox intentior, & terroris plenissima, auscultantes vehementer conterruit, & novas lacrymas exciuit. Peractâ cum metu flagellatione, denuò increbuit strepitus. Audiebatur faciem palmâ cædens, & rabie semet discerpens, ut qui sic è suo nido proturbaretur, ut ne interloqui quidem fas esset. Pater ne pauorem animorum adaugeret, dissimulato hoc insolito crepitu ad sacellum abiit, auditum pœnitentes. Sed ecce repente totâ naui tumultu exoritur, insonant voces omnium, IESV, IESV, S. FRANCISCE XAVERI, Pater, Pater. Ad insolitum motum procurrimus omnes, & dictum Laurentium prostratum, & mortuo similem reperimus.

Iterum publica pietati obstrepit. & eundem adolescentem affligit: denuò fugatur.

Sed

Sed sacris S. FRANCISCI reliquiis euestigiò in integrum restituimus, Patre intereà naualem turbam animante, quæ dæmonem visibili specie per nauim inambulare arbitrabatur. Considerat post præcitatum flagellationem Laurentius super cistâ in foro, & isthic pensum quoddam precaritim decurrebat: quando immanis quædam umbra per fauces apprehensum in terram illisit, ipsa verò se in mare præcipitem dedit, tam terro post se relicto nidore, vt adolescens ille hunc vnum nidorem tormentorum exantlatorum maximum iudicaret. Ad lapsum adolescentis, qui in nauierant, cum eum elisum crederent, inclamant sanctissimum nomen IESU; aucto terrore per ea, quæ non ita pridem de conclauis intellexerant. Quæ de hoc adolescente hîc scribo, relata sunt imperio Trierarchi per publicum Notarium in publicas tabulas, & firmata iuramento solemnibus: inter testes quamplurimos numeratur quidam Pater Dominicanus, qui toti tragædiæ interfuit.

Die XIX. Sanctum Sudarium Proregi aliisque Nobilibus & Religiosis monstratum. Dein cū solemnibus supplicationibus, choro Hymnum *Vexilla Regis prodeunt* accinente, in proram illatum. Vbi dum ad aram Sacerdos expansi Veli & sacrarum reliquiarum virtutes explicat, populus totas duas horas genuflexus vberissimis fletibus indulsit.

*Sacrum
Velum pro-
ponitur.*

Finis

Finitâ cum sancto Sudario nouenâ , finiti
ventorum afflatus, vt manifestè cōstaret , ven-
tos numerandos in D. FRANCISCI beneficiis;
eorumque recordiæ adscribendas occursan-
tes ærumnas, qui nolent vti oblati subsidiis
Iam ad octo altitudinis gradus pertigeramus,
solusque vnus cū dimidio supererat pro altitu-
dine Cocini, quod venabamur. Erant qui nos
perleui vento in portum intrare arbitra-
bantur. Verùm xxiii. huius post intolerabiles *Molestâ
malacia.*
æstus, & tridui malaciam insurrexere Euziâ
prorâ, nostrâ navigationi ex integro opposi-
ti, qui nos à terrâ, quam tenere poteramus, re-
iecerunt in altum. Hoc die, vt verum fatear, *Ventus ad-
uersus.*
ranti fuere montes aquarum, tanti que impe-
tus, vt nisi Deus per intercessionem nostri
Sancti manum contraxisset, omnibus aut per-
eundum fuerit vndis, aut desperandum de
adipiscendis eo anno Indis. Nam Zephyti
nobis secundi defecerant, nec sperati pote-
rant, tradito iam iuxta anni stationes imperio
Euris, siue Orientalibus & nobis oppositis
ventis. Ergo visâ temporum iniuriâ Protez,
post multam altercationem cum suis, decernis,
vt nisi intra biduum quid secundius à ventis
proueniat, conuersis prorsus in Socotoram in-
sulam Africæ adiacentem hibernatum tenda-
tur. Maldiuam eadem quâ Indias causâ teneri
non posse. Erat consilium plenum despera-
tionis, attamen necessarium, cū taliarum ter-
rarum

tantum nulla daretur copia. Fuit tamen in nau-
 tu nonnemo D. XAVERII amans, qui nau-
 animos addidit, promisitque illam eo anno
 Goz in hibernis futuram. Dixi consilium
 Proregis desperationis plenissimū: quid enim
 sperari poterat in itinere 900. milliarium, in
 quo occursuri erant & estus Arabici littoris, &
 contrarij refluxus sinus Persici? Quid, quod
 commeatus aquæ iam defecerat, & in solos
 octo dies iam sufficebat, eâ parsimoniâ, ut in
 diem homini cyathus perexiguus daretur? In
 quo quidem viuendi genere iam mensem &
 amplius exegeramus.

Accedebat ad ærumnarum cumulum cu-
 mulus ægritudinum & morborum pestifero-
 rum indies magis magisque inualefcentium.
 Ubique plurima mortis imago & pavor, maxi-
 mē à morbo quem Hollandicum nuncupant,
 & quorum 200. & amplius capita torquebā-
 tur. Est hæc infirmitas oppidò periculosa &
 grauis. Exordium capit à tibiis, sensimque ad
 cor serpit, quidquid est intestinorum absque
 subsidij spe corrumpens. Vna ægris salus, in
 continentem exscendere; tum enim absque
 alio malagmate componitur. Validis nihil
 presentius, quàm centum se stadiis submo-
 uisse; quod inter nauium angustias seruari non
 poterat. Nec nihil adiuuabat ad perniciem
 captatio aquæ pluuialis, quâ misericors Deus
 ad auertendum certissimum interitum largâ
 manu

*Morbus
 Hollandi-
 cus.*

manu submissitabat. Verùm cum in nocturno frigore seminudi impuram, ut hauserant, ingurgitarent, plures concidebant. Inter alios adolescens nocte tantum hausit, ut post duas horas expirârit. Esculenta quoque defecerant, neque nobis supererat, quod, ut quondam, in pauperes partiremur: iam enim a bimæstri vitætaueramus oryzâ parcissimâ in marinâ aquâ decoctâ.

*Edulia
deficiunt.*

Novissimis hisce mensibus omnes mirificè recreabamur opportunitate laxandi fræna desideriiis patiendi non in victu solùm, sed etiam aliis in rebus. Nam præter enumeratos labores, quos numquàm interrupimus, in humeros nostros excepimus curam omnium ægrotum: itaque interdum & noctu adstitimus, ut nemo ex omnibus occubuerit, cui Pater aliquis oculos non ocluserit, nemo opem implorârit frustra. Assiduum erat, ac pænè continuum hos animare, illorum exomologeses excipere, aliis cibum præmansum in os inferre, nonnumquàm & suis manibus ad focum præparare, lectos sternere, cataportia porrigere, emplastra applicare, omne denique diligentis & caritate inflammari valetudinarij munus ad amussim adimplere. Erat, cum ad aras litabatur, ut facer suppeteret panis, per quem solarium è caelo caperent, quod in terris, ob tantam ægrotum multitudinem, in tam diurnâ octo mensium navigatione, nonnumquàm deficiebat.

*Nostri
agri affi-
stunt.*

D

bat.

bat! Occubæte toto itinere. XXII. Paucitas miraculo, & D. XAVERII protectioni attributa. Solemne in prosperâ etiam navigatione sex mensium, centum litare Superis. Eluxit quoque in hoc itinere caritas P. Iosephi Chiara. Hic laborum cupidine ad curam apothecæ atroxuit ministerium mensarum. Ter in die singulas circuibat, cibos dispartiebat, tragemata & saccharo conditas pulpas, gallinasque quarum conquirebat in ægrotum solatium. Inter Metanates qui pauperum vrbibus suos penus adaperuerunt, principes fuisse Prorex, & Trierarchus, de cuius liberalitate & magnificentiâ quidquid dixeris, infra merita dicam: ita excedebat terminos, ut vulgè diceretur, nihil ei præter tunicam deesse. Inter hæc caritatis officia correptus est P. Iosephus morbo Hollandicò; sed quia Dei beneficio maturè Cocinum appulimus, exsensione factâ reualuit.

Cùm res naualis in tam periculoso loco versaretur, & cælum in nos ob aliquod secretum scelus iratum videretur; placidum censuimus precorientiâ & lacrymis innocentium. Quare xxv. Octobris, sub horam 21. coccinatis tribus altaribus, in prorâ cum effigie D. XAVERII, in puppi cum statuâ S. Antonij de Paduâ, & in sacello cum icone Natiuitatis Beatæ Virginis; agmen adolescentum è conelau prodiit instructum flagellis, & apertis humeris. Ibant more supplicum ordinati, & se valido nisu feriabant.

*Trierarchi
caritas.*

*Supplicatio
puerorum, &
suscepta
ulso flagella.*

riebant. Cantabantur à Nostris verimque factæ
 Litaniz: præibat P. Minister Crucem præfe-
 rens, alius è Nostris linteo & stolâ insignis in-
 ter fratres laternis graues quædam sacra lipsa-
 na in argenteâ phialâ deportabat. Vt ventum
 ad aram D. XAVERII in prorâ, itum ab omni-
 bus in genua. Pater aræ impositis commouit
 populum, vt misericordiam Dei interposito
 innocentû nomine imploraret. Tum ad Diuû
 versâ facie & voce ea prolocutus est, quæ ab
 omnibus copiosas lacrymas extorquebât. Di-
 cebat nunc eius honorem in discrimen venire:
 neminem fuisse qui in eum spei suæ anchoram
 non defixerit. Si naufragium patiatur, pericli-
 taturum nomen Apostoli Indiarum, Patroni
 Orientis, & Oceani dominatoris. Respicere
 cæcorem innocentum, exaudiret suspicia dile-
 ctorum filiorum, quondam mirabilium ipsius
 præconum. Interrumpebatur Patris dictio
 etebtis suspiciis & singultibus, tum a duorum,
 tum paruulorum, quos paraphrasis verborum
 Ieremiz, *Paruuli petierunt panem*, &c. vehemen-
 ter commouerat, maximè cum audirent se mi-
 serabiliores, propterea quòd illi aquam adin-
 uenerant, quam ære suo compararent. *Aquam*
nostram pecuniâ bibimus. Terminato colloquio
 accepit Pater omni cum reuerentiâ non nihil
 Sanctarum reliquiarum D. XAVERII ex arâ,
 ipsoque per orationē inuocato, illas reliquias
 in mare immisit: quod ipsum non ita pridem

*Reliquia
 S. Xaverij
 in mare
 immissa.*

tpe secretò nos è nostro conclavi feceramus,
 interpositis votis ad Diuum; què semper pro-
 pitium expectaueramus. A procâ in puppin-
 itum, non feriente puerorum manu. Hic de-
 nudò ab eodem Patre colloquium ad D. Anto-
 ninum institutum. Et quia eius Diui reliquie
 non adorant, cera benedicta eadè loco in ma-
 re deiecta. Postrema in sacello peroratio tot
 lacrymas, tantumque planctum excitauit, &
 tantam in diuerberando carnificinam, vt com-
 pesti adolescètes egrè possèt. Vox vna omnium,
Mater nostra succurre filiis tuis. Iniectum & hinc
 in mare oleum Natiuitatis Beatæ Virginis, &
 addita Oratio. Tum benedictione impertitâ
 iussit omnes ad quietem se conferre. Parem de-
 uotionis sensum non memini me totâ vitâ sen-
 sisse. Bassim hæ voces geminabatur per nauim:
*Si Deus hac pietate non est flexus, omnis spes sublata est:
 est quod ad mortem animos componamus.*

*Itè Agnus
 Dei;*

*& oleum
 miraculo-
 sum.*

*Supplicatio
 PP. Pradi-
 catorum,
 & flagel-
 latio.*

Postridie tam placidi & votis secundi ad-
 spirauere venti, vt mox omnes eum vocarent
Ventum puerorum miraculosum. Persenerabat
 nihilominus fluxus aquæ còtrarius. Quare Pa-
 tres Dominicani xxx. eiusdem inchoarunt no-
 uam erga Beatissimam Virginem deuotionem.
 Interdium tertiam Rosarij partem sub publicâ
 Supplicatione recitabant: nocte in sacello sua
 terga fatigabant. Magnus tamen hominum
 concursus fieri non potuit, potiori nauis par-
 te decumbente.

Tan-

Tandem v. Nouembriſ indulſit clementiſſimus Deus, D. XAVERII interpellationibus exoratus, conſpectum binarum inſularum ad altitudinem x. graduum. xi. eiſdem conſpecta alia prioribus amplior. xiv. die ſub horam xv. comparuit terra firma agnita ex oſtius Indiz. Quis explicet lætitiã & tripudia tam ſanorum quàm ægrorum? Explora ſolimenta, muſica instrumenta & tibiæ animatæ. Sub veſperam iactæ anchoræ ad altitudinem xv. cubitorum, vt ne in ſcopulos Cocinẽſes nocte indueremur. Hic ob defectum ventorum, & contrarium aquarum motum, ſex totos dies ſeriatum. xx. die Prorex miſit Cocinum ſcapphas præſidiario milite optimè inſtructas, ad indicandum ſuum aduentum. Iiſdem veſti noſter P. Miniſter, multiquẽ Nobiles, xxi. appulerunt.

Conſpectã terrã exultãt omnes.

xxii. adſpirante propicio vento in portum introiimus, circumdati innumeris pẽnẽ lembis, qui ad victũ & refocillandã valetudinẽ opportuna ſubucebant. Primus omnium accurrit P. Rector Cranganoris de noſtro aduentu monitus per lembum, qui nocte Caſtellum Chriſtianum Paliporte nominatum unã ab Cocino leucã diſſitum, pertranſierat. Attulit bonus Pater panem, aquam, & nonnullos Indicos fructus Proregi & Trierarcho. inſuper & vaccam viuã, quam concifa, & in duobus vaſtis lebetibus preparatã, in ecc. egros

P. Rector Cranganoris dona offert.

& malè sanos nostris manibus dispartiuimus magnâ cum consolatione nostrâ, fuitque quædam veluti coronis omnium, quæ toto itinere præstiteramus.

Expositi deinde ægri ex omnibus nauibus panè cccc. quos non multò post sanos & valentes classis Eliana Goam inuexit, prædicantes magnalia quæ à D. XAVERIO acceperant. Postridie conuenere Proregem, Trierarchû, & nos tum P. Prouincialis, tum Protector Cocinensis, & in terram deduxerunt: quod idem pridie Socius P. Prouincialis præstiterat reliquis nostris, qui Præsidariâ vecti fuerant. Interea prospectum nauibus de aquâ & necessariis, idque biduo. Noctè xxvi. diei, terè Prætoriam exploso æneo tormento, signum datum ad abitum: quare compulsi eadem nocte naues quique suas incendimus, & manè xxvii. vela Goam versus fecimus: verumtamen commeatu destituti, propterea quòd Rector Crâganoris, qui hanc in se sparrâ susceperat, necdum appulerat. Verùm non desuit suis diuina prouidentia, quæ in rebus artibus similes euentus immittit magis probandæ causâ fidiuciz, quàm patientiæ.

Porro isthic Cocini retenti à R. P. Prouinciali omnes illi, qui ad eam destinati Prouinciam, scilicet tres è Prætoriam Lusitani, & tres ex Præsidariâ. Retenti quoque ægri, è nauì nostrâ P. Antonius Bonanni, & ex Præsidariâ P. Fran-

*Exscendit
in Cocini.*

*Discedunt
versus
Goam.*

P. Franciscus Brancati, qui tamen & ipsi mox
 consecuti sunt, & nunc Deo fauente integri
 Goæ degunt. Non explico in præsentâ lega-
 tionem Regis Cocini, & munerum, itemque
 visitationes officialium Castri Lusitanici, qui-
 bus Proregem honorarunt: neque enim mei
 esse muneris censui. Ibat ingens hominû mul-
 tudo comes, pars in eius nauibus, pars sub-
 uecta propriis. Creuit numerus cum classe
 Goanâ ad XXIV, factumque ut cum sub vesper-
 ram in conspectum venissent, nostri rari sex es-
 se Hollandicas, quæ oram legere dicebantur,
 adama profilierint. Errorem detexit dies. In-
 terea dum oram legimus, crebris subsidiis re-
 rum & fructuum variorum focillabamur, nul-
 lumque occurfabat præsidium, à quo non sa-
 lutaremur vsurpatis explosionibus. I. Decêbr.
 tenebrescente visa XIV. vela, intellectumque
 Goanam classem hibernatum abscedere. IV.
 obuios numerauimus duos parones, & vnâ
 biremem vehentem Gubernatorem quemdâ,
 Tandem VIII. Decembr. anno MDCXXXV,
 die Immaculate Conceptionis Beatæ Virgi-
 nis, infra Octauam prodigiosissimi nostri pro-
 tectoris Magni FRANCISCI XAVERII, horâ
 22. post octo mensium navigationem, riuum
 Goanum subiuius. Apparere mox innu-
 mere naues & scaphæ omni refertæ Nobili-
 tate. Prorex cum suo & prædiario milite in
 nauem transiit affabrè & Attalicè adorna-

Regis Cocini legatio.

Iter nostrorû Goam.

Appellunt ad Goani fluminis ostia.

iam, quò ductus est in castrum Regium humili-
 ter immittens, & in hunc usum erectum. Nocte
 plurimi Patrum solandi causâ ad nos conue-
 nère. Præcipuas partes tulit P. Nicolaus Aco-
 sta Procurator Iaponiæ. ea enim ad nos refo-
 cillandos attulit, & eo affectu ministravit, ut
 satis explicare nequeam. Maximum leuaminû
 fuit, intelligere, legationem Iaponicam non
 differendam ultra mensem Aprilem. Sanctè
 restor **M A I E S T A T I T V E**, nihil mihi tum
 gratius euerturum fuisse, quàm si vna quæpiam
 cymba eo ipso me die auexisset. Nam præter
 visitationem sepulchri **S. P. X A V E R I I**, nulla
 me corporis quies titillabat: exciderant animo
 omnes præteriti labores. Modò me recreat
 propinquitas itineris, quo meum cor, quod à
 multis annis me in Iaponiam antecessit, reper-
 turus sum.

*Excipiun-
 tur à Sociis
 Goanis in
 villâ.*

Postridie, quæ erat Dominica, P. Rector
 Collegij, ut sacrum Missas peregit, accurrit in
 nauis ornatiore cum pluribus Patribus & Fra-
 tribus. Emicabat ex alto labarum insignitum
 sanctissimo nomine **IESV**: accedebant comi-
 tes aliæ naues cû iuuentute Seminarij, Hym-
 num *Benedictus* accinente. Ab his è Prætoriâ ex-
 cepti. Non refero quo sensu animi tum Offi-
 cialium & nautarum, tum nostri affecti fuer-
 rint, cû ab inuicem separabamur; ne tantæ
 memoriâ teneritudinis denuò cor liquefcat. A
 Prætoriâ Præfidiariam adiimus, & similiter
 eos

nos Patres excepimus. Dein inter Musicos & tiliarum accentum exscendimus, in villâ Collegij *Pergin* dictâ. Locus est è regione *Castri Regij*, soletque nostros, qui *Goam* adveniunt, vel abeunt, excipere. Isthic summo cū animi nostri gaudio ruimus in amplexus *P. Aluari Taures Prouincialis* huius Prouinciz, & *Episcopi Hierapoleos* è Societate. Sumpto post hæc ientaculo, eadem naui *Goam* tribus leucis intra flumen locatam processimus. *Goam* ad Collegium *S. Pauli* ventum sub noctem. Obuia faces iter patefaciebant, resonabant è turribus campanæ omnes. Musicus verò chorus solemnem suum Hymnum *Benedictus* decantabat. Quâ caritate, quibus amoris indicis accepti sumus, quid libet pluribus explicare: id vnum dico, vnam eiusmodi diem sufficere ad delendam ex animo omnem non modo molestiam, sed & memoriam omnium toto itinere exantlatarum ærumnarū. Vnicuique addo, plurimas mihi lætitiæ & gaudij lacrymas tum cieri, cū exscensionem laponicam, & dispares agendi modos animo represento. O! qualium iubilo exultabimus!

Goam festiue indocentur.

Habet *MAIESTAS TUA* iter trium & triginta è Societate, quos in subsidium animarū in Orientem destinauit; superest vt referam, quâ ciuitas *Goana* fiducia in eundem *D. X. A. VERIVM* fuerit eo tempore, quo sperari humanitas non poterat vlla ab Occidente nauis.

nis. At ne in nouum me Oceanum immergam, exemplo vno contentus ero. Persona nobilis amantissima D. XAVERII, eâ fiduciâ in eum ferebatur, vt non dubitârit tam publicè in cõpitis, quàm priuatim nostris adpromittere, XAVERIO ducente venturas eo anno ex Europâ naues. Quòd si toto natalitio D. FRANCISCI nulla de aduenientibus ex Europâ nũtia haberentur, tum offerebat se ad euerrenda publica compita. Omnia, vt prædicta, adimpleta. Nam ipsâ, quæ prædicta, die xi. Decẽb. cursor appulit, nauesque in portum Cocinensem deuenisse nuntiauit. Hac tam insigni huius hominis prædictione confirmata est vox totius ciuitatis, quæ affirmabat in homeris Diui XAVERII hoc anno miraculosè portatam classẽ. Aucta ergo totius vrbis erga suam Apostolum deuotio.

Fiducia de S. Xaverij patrocinio.

Crebra S. Xaverij miracula.

Nec ipse è cælo Diuus partibus suis deest. quotidianis prodigiis suam in Orientem caritatem demonstrat, præcipuè in Sassetanas insulas, quibus propter sanguinem gloriosorum heroum Rudolphi Aquauinz & Sociorum, videtur fauentior. Faucat & Iaponiæ intuitu tot Martyrum, præcipuè postremorum XXI V. quos anno superiore turbo persecutio- nis nouo martyrij genere sustulit. Faucat, inquam, & nobis aliquam saltem seruidi spiritus portunculam impertiat: vt eos fructus metamus, quos ipse seminauit; eamque doctrinam

24. Martyres è Societate.

nam cœlestem restauremus, quam ipse inter incredibiles sudores & lassitudines plantavit. Faucat, & post restaurata, quæ iniuriâ persecutionum collabebantur Christianitatis novalia, impetret à Deo coronâ martyrij, quam ipse tot annis per tot Indiæ oras inquisiuit, quamque Neapoli se etiamnum, si status gloriæ admitteret, se venaturum dixit.

*Martyrii
quasi fa-
ciens San-
cti.*

Fuere, qui cum itinere metam prodigiis cœlicis imponendam arbitrabantur, sed fallébantur, nec assequabantur magnitudinem thesaurorum misericordiæ Dei, è quibus D. XAVERRIUS, Orientis Apostolus, amplius depremere voluit in suorum solatium. Ad prodigia itaque pelagi adiungere voluit & terræ prodigia, orbique manifestam facere voluptatē, quam Cœliæ de tot novorum Apostolorū aduentu capiebant. Prodigiolum alterū evenit in vrbe Meliaporâ in eremo Montis magni, loco gloriosâ S. Thomæ nece celebri. Hic marmor illud candidum, quod ad eiusdem Divi festivitatem rubescere consueverat, sed ab Hollandorum in Indiam aduentu desierat; hoc an. MD CXXXV, xviii. Decembri. decimâ à nostro in urbem Goâsam aduentu, tantum sanguinei sudoris totas 24. horas, spectate omni populo, stillavit, ut multa lintea, & panni eo repleti sint. Auxit miraculum, ut P. Provincialis Cocinensis in quadam epistolâ ad Provinciam Goanum adnotavit, modus sudandi; neque enim à sum-

*Portentum
in vrbe S.
Thomæ
anniversa-
rium, die
intermis-
sum, reno-
vatum.*

à summo deorsum, quod triste augurium, ro-
 ravit; sed ab imo ad summum omine faustissi-
 mo. Faxit clemētissimus Deus, vt id indicium
 sit recessus Hollandorum, nobisq̄ue expedi-
 tionē iter in Iaponiam denuntiet. Adiuuet
 D. XAVERIVS, quem, vt anno superiore tam
 Tux, quā Regiæ Maiestati significavi, ha-
 bitu illo peregrino, in quo Neapoli compa-
 ruit, existimo indicare voluisse, se cū D. Tho-
 mā Apostolo protectorum Orientales Indias,
 vt alter peregrinus D. Iacobus occiduas.

*Crucifixi
 duo ocu-
 los aperis.*

Alterum prodigium paucis ab hinc diebus
 tuenit Goæ in duobus diuersis templis. Erant
 in his bini Crucifixi, qui diuersis temporibus
 non semel, obseruante magnā hominum mul-
 titudine, & vehementer admirante, oculos re-
 serarunt. Videntur voluisse nouos spectare
 sancti, Euangelij præcones, & oculis bene-
 uolentiæ plenissimis animos addere ad emer-
 gendum ex imperfectionis barathro, & am-
 plectendam viam sanctæ Crucis; vt quondam
 Petrum impulerunt ad lacrymas, & mortem
 crucis. Ego cū curiosius dicta simulacra
 spectarem, deprehendi vtraque obuersā in Ia-
 ponem facie. Quod si Deus ad Ecclesiam sub
 tantā persecutione gementem tam prodigiosē
 oculos adaperit, quid ni indicat se pariter ad-
 aperturam portam, quā à tot annis mea
 peccata obserarunt?

Et verò ex nouissimis è Iapone litteris de-
 prehen-

prehendo initia tam fortunati temporis. Quin
 & ex penuriâ operatorum in eâ vineâ labo-
 râtiū manifesta fit sollicitudo D. XAVERTI,
 novos tam opportunè procurantis; & ex gra-
 tiis ac consolationibus quibus beavit pro fide
 & Christo occisos, agnoscitur, quo in eam Ec-
 clesiam & Societatem animo sit. Ex glorioſis
 Heroibus vnū Iapones nouo martyrii go-
 nere sustulerunt. Pedes ferro terebrarunt,
 manibusque post terga reuinctis, reliquū
 corpus ad vsque ritibus cooperuerūt; atque ita
 omni cibi potusque subsidio destitutum in
 carcerem coniecerunt. Carnifex post quadri-
 dum cum viuum ac vegetum deprehēdisset,
 admiratus tot inter dolores inuictam fortitu-
 dinem, aquam pluuiam potandam prœbuit.
 Nullus inter hæc Patrem dolor premebat,
 præterquam quod non omnem Iaponem ad
 Christi sacra tranſtulisset. Nec Deus eum nul-
 lo miraculo confortabat. Inuenta in carcere
 prodigiosa amphora aquâ redundans. Sæpius
 à vinculis expeditæ manus, ipseque repertus
 confidens. Ad extremam post aliquot dierum
 martyrium ad æternam requiem in cælum
 abiit.

*In Marty-
re quodam
è Societate
diuina mi-
racula.*

Bini alij è Societate Patres simili martyrii
 genere expediti in diuersis locis, attamen ani-
 mis tam concordibus, vt turbæ licitorum præ-
 dixerint, se eadem horâ pariter migraturos;
 quod vt prædixerant, euenit. Cum corpora ad
 sepul-

*Item in
duobus
aliis.*

sepulturam in eundem locum comportarentur, ad mutuam præsentiam se salutarunt, & collocata sunt, velut si viua forent, non absque maximo terrore & admiratione circumstantium. Gratulabamur autem inuicem de gloriâ & felicitate, quam hisce consecuta martyriis fuerat. Ecce quomodo vel ipsa sibi corpora de doloribus pro Christo obitis gratulantur!

Quis iam non exoptet mille vitas & corpora pro die tam glorioso? Hæc nunc spes nos animat, hæc desideria recreant, hæc quotidie experimus à Divo nostro FRANCISCO XAVERIO, cuius sanctissimum corpus exornauimus illis amiculis, quæ MAIESTAS TVA per me transmisit. Fateor me sanctâ quadam inuidiâ teneri, dum video MAIESTATEM TVAM à P. Alvaro Tavares Prouinciali nostro donatam benedicto illo pallio, quo sanctæ reliquiæ D. XAVERII inuolutæ fuerant. Credo quòd, ut quondam in Eliseo Eliæ pallium, sic præsens in MAIESTATE TVA, & potentissimo nostro Rege suscitabit duplicem spiritum, lucem, consilia, & magnitudinem ad gloriam Dei, emolumentum tot regnorum; honorem, exaltationem, & perennem felicitatem Regiæ Domus. Abrumpo, ne fastidio sim TVÆ MAIESTATI, quàm enixè precor, ut hoc qualecumque obsequiolum non spernat, aut commensuret secundùm ipsius exilitatem, sed iuxta suam

*Donaria
ad S. Xa-
uerij se-
pulchrum
à Regina
Hispania
missa.*

*Illius reli-
quia ad
eam missa.*

suam Regiam magnificentiam & benivolentiam; & iuxta affectum quo ego offero. Deus Dominus noster per merita gloriosissimi Apostoli Orientis S. FRANCISCI XAVERII protegat tam Maiestatem Tuam quam Dominum nostrum Regem, Serenissimosque Principes, & superimpleat suis favoribus, quæ animis ipsis desidero. *Goæ XXVIII. Decembris anno MDCXXXV.*

FOR-

F O R M U L A V O T I
Q V O S E
A D M I S S I O N E M I N D I C A M
D E O R T V L I T
P. M A R C E L L V S M A S T R I L L V S
P R Æ E V N T E
S. P. F R A N C I S C O X A V E R I O.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, ego Marcellus Mastrillus, licet vñdecumque diuino tuo conspectu indignissimus, fretus tamen pietate ac misericordiâ tuâ infinitâ, & impulsus tibi seruiendi desiderio, voueo coram sacratissimâ Virgine Mariâ, & te sancto Patre FRANCISCO XAVERIO, & Curia cælesti vniuersâ, diuina maiestati tuæ, paupertatem, castitatē, & obedientiam perpetuam in Societate IESU, & præcipuè Apostolicam missionem Indicam, & promitto eandem Societatem me ingressurum, vt vitam in eâ perpetuò degam, omnia intelligendo iuxta ipsius Societatis constitutiones, & decreta Sancti Patris FRANCISCI XAVERII de Indicâ expeditione edita. A tuâ ergo immensâ bonitate & clementiâ per Iesu Christi Sanguinem, & merita Sancti Patris FRANCISCI XAVERII, peto suppliciter, vt hoc holocaustum & votum indignissimè à me nuncupatum, in odorem suauitatis admittere digneris, & vt largitus es ad hoc desiderandum, offerendum, & vouendum, sic etiam ad explendum, & sanguinem pro tuo amore fundendum, gratiam vberem largiaris. Amen.



FORMVLA VOTI
QV O S E
AD MISSIONEM INDICAM
DE O. O. R. T. V. L. I. T.
P. MARCELLVS MASTRILLVS
PRÆE V N T E
S. P. FRANCISCO XAVERIO.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, ego Marcellus Mastrillus, licet vndecumque diuino tuo conspectu indignissimus, fretus tamen pietate ac misericordiâ tuâ infinitâ, & impulsus tibi seruiendi desiderio, voueo coram sacratissimâ Virgine Mariâ, & te sancto Patre FRANCISCO XAVERIO, & Curia cælesti vniuersâ, diuina maiestati tua, paupertatem, castitatē, & obedientiam perpetuam in Societate IESV, & præcipuè Apostolicam missionem Indicam, & promitto eandem Societatem me ingressurum, vt vitam in eâ perpetuò degam, omnia intelligendo iuxta ipsius Societatis constitutiones, & decreta Sancti Patris FRANCISCI XAVERII de Indicâ expeditione edita. A tuâ ergo immensâ bonitate & clementiâ per Iesu Christi Sanguinem, & merita Sancti Patris FRANCISCI XAVERII, peto suppliciter, vt hoc holocaustum & votum indignissimè à me nuncupatum, in odorem suauitatis admittere digneris, & vt largitus es ad hoc desiderandum, offerendum, & vouendum, sic etiam ad explendum, & sanguinem pro tuo amore fundendum, gratiam vberem largiaris. Amen.